Inter Dworakowa et Zarzeckie Decretum

In Causa et Actione judi[cia]li vertente Inter instigatores judicij praesentis
et ipsos delatricem Nobilem Cristinam Markowska relictam primi olim Nobilis
Georgij Zarzecki ad praesens secundi matrimonij consortem Nobilis Andreae Dwo
rakowski cum moderni mariti authoritate et assistentia actricem ab una Et
Nobiles Ciprianum Wyzgenski ac Catherinam Zarzecka coniuges Leonardum
Stanislaum Wyzgenskich filios ipsorum Michaelem Brzezewski et Mariam
Zarzecka consortem eius Stanislaum Brzezewski filium ipsorum et Valentinum
filium Martini Dziegielnik Krasowski praesentem maritum cum maritorum
ipsorum assistentia partibus ex alia citatos ad banniendum et de Regno Polono
Dominijsque eius annexis proscribendum ex eo Quia Rumationem seu Par
tem de brachio Regali intromissam in bonis vestris per Vicesgerentem offitij mi
nilem et Nobiles offitij assessorem vigore actionis petitionis super ipsis in
offitio facta Ratione per ipsos summam unius obligationis alterius recognitionis
et tertij zapisu wieczystego nec non bonorum mini vacantium demandatam ac inventa
et vitulis duobus actionis proprios a parente suo habitos pecoris et animalium ad
parentes in bonis Jablonia Zarzeckie cum omnibus eius subditis receptorum
et per eatem in bonis Wysoki Podlesnie apud eorum citatos Nobilem
Ciprianum Wyzgenski offitio praesentatos ad custodiam fideiussoriam datos
et Nobilem non emissionis nequid fortitam Regiam praesentationis in
cima se hinusque detentionis pro decernendo restitutione una cum poenis
ac damnis exinde sequutis et sequendis juridice pervenerunt nonadmi
serunt per quod in poenam Banitionis incurrerunt pro eadem decernenda
ac per eatem publicanda citatione ipsa Citationis copiam sigillatam
inscriptam Ministerialis Providus Szczepan Kondratowicz ab una integra
ante terminum praesentem septimana in bonis Wysoki Podlesnie Wy
zgenskich coniugum ac filios citatos propijs et residentis ipsorum
possidere et oribus citatis scortine cuilibet coram publicasse recognoscit
de Commissis latiore. Hodierno in termino ex eadem citatione
ad juris legitime provenientes. Partibus ipsis utrisque Actores
per se et cum assistentia mariti sui citatae vero per Nobilem
Ciprianum Wyzgenski et Catherinam Zarzecka coniuges et Mariam
Brzezewska per se a se et ab alijs citatis comparentibus et terminum
attentantibus ac mutuis contrariis inter se decertantibus. Judicium pro
Causa hac Consideranda contrarijs partium opinionibus examinandis et debite
intelligendis partes suprascriptos comparentes a se et ab alijs citatis
causam praesentem teneri censuit et partibus causam prosequi mandat
tandem teneri partem adversam citatis deducere processum causae
huius adinvenit. In deductione autem processus licet quidem pars
citata allegationes quasdam inferrebat sed easdem ut se offerebat
sine ulla videndi expeditionis ad adiciendum non potuerit Regno expar
te offitij obtenendum esse protinus. Pars vero Actora producendo

5860

in medium judicii praedicti processum autenticum allegavit et judicio probavit eum legitime et bene gradibus juris obtentum posse nullumque malo obtentum dici potest quem quoniam citata pars juris medijs suffere abutitur perjit ideo super ipsa uti juri communi contraria et rebelli poenam banitionis decerni et bannitos ac proscriptos publicari aliis probationibus hic et in omni judicio salvis [illegible]. Et judicium hoc idem Capitaneatus Branscensis contractis earundem partium exceptionibus bene observato processu in hac causa adinvento citatis procedere decrevit. A quo decreto licet quidem citati ad judicia ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis appellarunt verum judicium eandem jure communi prohibente et parte adversa impugnante uti in causa executionis et ne processus destruantur non admisit de qua non delata iam et de prosequenda ex parte citata est promissum judicium vero reprotestatur. Postmodum partibus iisdem contractis disceptantibus citatis respondere et directe respondere proximis suis defensis mediantibus inhibuit nec appellationem ab iisdem decretis secretius prolatis per partem citatam secretius interpositas admisit de quibus etiam non admissis iam et prosequendo est promissum judicium vero ibidem reprotestatum. Ad extremum judicium hocidem Castrense Capitaneatus Branscensis quoniam pars citata aliis indicatis exceptionibus utitur nihilque juridicum infert imo beneficijs juris quibus processum suffere possit abutitur ideo super ipsis et bonis eorum omnibus poenam banitionis et de Regno post proscriptionis decrevit ipsosque bannitos et de Regno pulsos proscriptos promulgat et ad publicandum eosdem Regni [illegible] Ministerialem Generalem Regni [illegible] Benedictum Borzymowski addit et deputat. A quo decreto citata pars ad judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis appellavit. Cui appellationi judicium hoc id quia causa executionis rei judicatae et ne processus destruantur jure communi prohibente et parte adversa impugnante non admisit de qua non admissa coram judicio et partem adversam de prosequendo iam et de gravaminibus ex parte citata est promissum judicium vero se id non temere sed juxta mandante [illegible] gradibusque juris processisse una cum parte adversa est reprotestatum. Et hic idem praefatus [illegible] dictus Regni [illegible] supra dictus Borzymowski [illegible] deputationis referens eosdem citatos in citatione expressos decreto praesenti bannitos et proscriptos hic in facie judicii praesentis in foro publico oppidi huius in [illegible] multis hominibus pro tunc ibidem congregatis alta voce praeconica publicasse et proclamasse recognovit.